

cionem factam cassauimus adeo, quod dictum johannem *hellescheivr* elegimus in nostre ecclesie viceplanum [v: vice plebanum] et rectorem, ex quo dictus dominus johannes se scripserat pro curato, sed *dixit quod* ambos rectores ecclesie nostre expellere vellet, quia absque suo consensu, sunt inuestiti ecclesiam in eandem. *Pretera dixit* quod nullam emendam sibi fecimus quod dominus hermannus, vnruwe celebrauit contra sua precepta pariter et mandata. *Quibus dictis finitis* pecii eum vt veniret wisby causam huiusmodi inuestigando ad quod dixit se nolle ire ad loca vbi *ab aliquo* occideretur, et adiunxit quod iniuria sibi a vobis illata conqueri vellet coram principibus et dominabus Si iuris *ordinem* tandem a vobis non adeptus fuerit vbicumque locorum bona vestra inuenerit, illis vos priuabit, hec libentissime *defalcassem* et decidissem si ad responsa venire me fecisset quia rigidus et furiosus fuerat vltra modum. *Valete infra* *) octaua beati michaelis.

Intet sigill finnes, men i Lagerbrings afskrift anmärkes att det varit tryckt på ryggen; likväl finnes icke nu något tydligt spår deraf.

2212.

1319 d. 4 Nov.

Biskop STYRBJÖRN i Strengnäs bortbyter 2 öreländ i Skildra i Stigtomta socken till biskopsbordet, mot 4 örtugland i Smedsta i Frustuna socken.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus, STYRBERNUS dei gracia episcopus strengenensis, salutem in domino sempiternam, Tenore presentis patefiat vniuersis, nos cum ecclesia nostra strængnensi per hunc modum fecisse cambium prediorum, quod nos recipimus ab ea quatuor solidos terre in smithastom parochie frøsthunum. spectantes ad mensam episcopi, eidem mense episcopi. duas oras terre in skildærum parochie stighatomtæ quas de Magno dicto bordstach pro decimis nostris legaliter acquisiuimus pro predictis IIII solidis refundentes, In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri vna cum nostro proprio presentibus fecimus applicari, Datum Anno domini M° CCC° XIX° dominica proxima post omnium sanctorum.

Sigillen: Af N. 1 fins ett obetydligt fragment; N. 2 borta.

*) Möjligtvis skulle man kunna läsa "*ipsa*". De anförda afskrifterna hafva: "*Valete scriptum octaua*" (*Dipl. Lagerbr.*); — "*Dabam sequente octaua*" (*Wallin*); — "*Valete quinto octaua*" (*Spegel*).